Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in omni loco. Aliud. Nos omnis reuelata facie gl̃am d̃ni speculantes. in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem. tanquam a d̃no spiritu. Al. Semper nos qui uiuimus in morte tradimur propter ihm. ut et uita ihu manifestetur in carne nra mortali. Al. Benedictus ds et pater d̃ni nri ihu xpi qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in celestib' in xpo. Al. Iam non estis hospites et aduenę sed estis ciues sanctorum et domestici dei. supedificati super fundamentum apostolorum et ꝓphetarum. ipso summo angulari lapide xpo ihu d̃no nro. Al. Ds omnis gratię qui uocauit nos in eternam suam gl̃am in xpo ihu modicum passos. ipse perficiet confirmabit solidabitq;. ipsi gl̃a et imperium in secla seclorum amen. Al. In omnib' tribulationem patimur sed non angustiamur. aporiamur sed non destituimur. persecutionem patimur sed non derelinquimur. deicimur sed non perimus. Al. Certus sum enim. quia neq; mors neq; uita. neq; angeli. neq; principatus. neq; instantia. neq; futura. neq; fortitudo. neq; altitudo. neq; profundum. neq; creatura alia poterit nos separare a caritate dei. que est in xpo ihu d̃no nro. Al. Benedictus ds et pater d̃ni nri ihu xpi. qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem uiuam. per resurrectionem ihu xpi ex mortuis. Al. Xpo igitur passo in carne et nos eadem cogitatione armamini. et cum apparuerit princeps pastorum percipietis immarcescibilem gratię coronam. In Hat̃ Sugtray.

Posuit ds in ecclesia primum apostolos. secundo ꝓphetas. tertio doctores. deinde uirtutes. exinde gratias curationum. opitulationes. gubernationes. Al.

Xpe dedit in ecclesia quosdam quidem apostolos. quosdam autem ꝓphetas. alios uero euangelistas. alios autem pastores et doctores. ad consummationem sanctorum in opus ministerii in edificatione corporis xpi. Al. Hec dicit d̃ns annuntiabunt gl̃am meam gentib'. et adducent omnis fratres uestros de cunctis gentib' donum d̃no. Al. Similitudo uultus quatuor animalium facies hominis et facies leonis a dextris ipsorum quatuor. facies autem bouis a sinistris ipsorum quatuor. et facies aquilę desuper ipsorum quatuor. et facies eorum et pennę eorum extentę desuper. Al. Vbi impetus erat spiritus illuc gradiebantur. animalia. nec reuertebantur cum ambularent. et similitudo animalium et aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium. et quasi aspectus lampadarum. Al. Hec erat uisio discurrens in medio animalium splendor ignis. et de igne fulgur egrediens. et animalia ibant et reuertebantur in similitudine fulguris coruscantis.

In Hat̃ plurimorum martyrum.

Scimus quoniam diligentib' d̃n omnia cooperantur in bonum. his qui secundum ꝓpositum uocati sunt sancti. Al. Sancti per fidem uicerunt regna. operati sunt iustitiam. adepti sunt repromissiones. in xpo ihu d̃no nro. Al. Sancti ludibria et uerbera expti. insuper et uincula et carceres. lapidati sunt. secti sunt. temptati sunt. in occasione gladii mortui sunt. et hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt. in xpo ihu d̃no nro. Al. Lingua sapientium ornat scientiam. os fatuorum ebullit stultitiam. in omni loco oculi d̃ni contemplantur malos et bonos. Al. Qui timent d̃nm custodiunt mandata illius. et patientiam habebunt usq; ad inspectionem illius. Al.